

ster, Dominus unus est. Sed Christus etiam doctrinam hominibus salutarem comprehendit: *hæc*, inquit, *) *est vita æterna, ut te cognoscant solum illum verum DEVM, & quem misisti* Joh. XVII. 3. *JESVM Christum.* Vnde & S. S. TRINITATIS notitia recte ipsis asseretur, sine qua DEVS verus nosci nequaquam dici potest. Et sane, si vel amisisset unquam mysterii hujus notitiam diabolus, acquirere eam potuerat, cum baptismi Christi spectator existeret. Certe in proxime secuta Christi tentatione monstravit †) se *Filium DEI* agnoscere omnipotentem †) Matth. h. e. æque DEVM, qui possit lapides in panem mutare, IV, 3. Luc. quod utique solius DEI est. Vti Spiritus Sancti notitiam se IV. 3. habere sæpius testatus est, sua quoque opera blaspheme pro Sanctissimi Spiritus operibus vendens. Quod ipsi nostris imprimis temporibus in dictis inde *Inspiratis* innumeris facere familiare b) extitit. Ac quam maxime Sevensensibus, etiam dum mentiretur c), persuasit Spiritum S. isthæc loqui. In *Columba* illa, qua, judicante graviter cum aliis Theologis B. Aug. Pfeiffero, d) diabolus se texit, visa in Crostlæ superioris pago, non procul a Patria mea dissito, Anno MDCXCV, sæpius dixit se esse *legatum DEI Patris, Filii, & Spiritus Sancti,* & hortatus est claris verbis ad *credendum & adorandum DEVM P. F. & SP. S.* Olim quoque, teste Theodoro, e) Messalliani dæmone pleni jactarunt se *oculis corporis videre & Patrem & Filium & Spiritum S.* Vti execranda κακοζήλια summum illud SS Trinitatis mysterium varie exprimere vel potius contentum reddere tum apud veteres f), tum nostro g) quoque seculo tentarit, historiæ testantur uberrime. Ex quibus uti DEVM Trinunum a dæmonibus nosci manifestum est, ita hunc *solum adorandum & non tentandum* esse vel Christo dicente *) didicisset, si scriptura ipsi antea fuisset ignota. Si *) Matth. cut, licet forte invitus, hunc DEO cultum †) ipse etiam re-IV. 10. 17. tulit, ut *per eum adjuravit* †) Christum. Etnon noscere solum Luc. IV, DEI *majestatem, potentiam, iustitiam, sapientiam* Dæmones, sed expe- 8. 17. riri etiam, clare satis indicat Jacobus, †) eum ita eos DEVM †) Marc. illum unum credere dicit, ut *contremiscant.* V, 7.

(a) Vid. Petavius *Dogmat Theol.* de Angelis L. 3. c. 2. b) v. B. *) Jac. II,